Lusenitz litterarum nostrarum testimonio et sigilli nostri appensione dei intuitu et eius instancie respectu dignum duximus corroborare. Idem namque prepositus, cum ab Vlrico ministeriali nostro de Balgestete[e]) crebris querimoniis impeteretur et plangeretur[f]), pro quibusdam bonis in Lobeschitz[g]), que mater eiusdem Agatha nomine pro quibusdam redditibus in Febergin et triginta marcis argenti mediantibus ecclesie in Lusenitz dederat in cambio, et ecclesia eadem bona annis viginti et amplius quieta possessione et sine alicuius possederat impetitione, ipse videlicet prepositus salubri desiderio et solertia sua[h]) imposterum consulere volens ecclesie prefate, cum[i]) consilio amicorum[k]) suorum[k]) et ordinacione precedentium nostrorum[l]) decem karratas vini dedit, ita sane, ut omni impeticioni, que sibi contra ecclesiam restaret[m]), in integrum renunciaret. Unde ipse Vlricus[n]) Numburgi in synodo a venerabili domino Conrado[o]) quondam Halberstadensi episcopo celebrata cum uxore et omnibus suis heredibus predictis bonis prorsus et precise renunciavit. Cuius facti ut prepositus maiore[p]) et evidencior[e][q]) ratificaretur cautela, nobis provinciale placitum in Crumpe celebrantibus hanc scripti[r]) ordinacionem multis coram[s]) presentibus[t]) retexuit[u]) et sub testibus ob perpetuam sue[v]) confirmacionem litteram[w]) muniri fecit. Sed[x]) quia labilis humana memoria et fallax contrahencium fides contra factum suum[y]) sepe venire consuevit, nos impressione sigilli nostri hoc factum solidavimus[z]) et huic concambio et liti decise testimonium perhibemus. Huius rei testes sunt: Sifridus Moguntinensis archiepiscopus[aa]). Conradus prepositus sancte Marie et Gervicus[bb]) prepositus sancti Severi. Gisilbertus[cc]) cantor, Fridericus custos in Erfort[dd]). Vlricus de Tullestete[ee]). Comes Guntherus, Henricus frater eius de Swartzburg[ff]). Theodericus de Kirchberg. Reinfrid[gg]). Irnfridus[hh]) de Novo Castro. Otto de Crummesfeld[ii]). Henricus marschalcus[kk]). Conradus. Rudolphus pincerna. Titricus frater eius[ll]). Iohannes[mm]) Numburgensis[mm]) canonicus[mm]). Acta sunt hec anno domini MCCVIII[nn]).

## 260.

*Markgraf Dietrich beurkundet eine vom Kloster Altzelle gemachte Erwerbung in Raube.*

**Landding Kollmitz, 1219 Jan. 7.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 216. S., an braunseidenen Fäden, = Tafel III. 2.*
*Anm.: Altzeller Handl. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 20,83 Anm. 2.*

⁝In nomine sancte et individue trinitatis T[heodericus] dei gratia Misnensis et Orientalis marchio.⁝ | Quoniam ea, que in tempore aguntur, per oblivionem cito cum tempore dilabuntur, in scripto mandentur et astipulatione testium comprobentur, nos per | utramque

**259.** *c)* Balgestede *C.* *f)* placitis *AB und Avemann.* *g)* Löbeschitz *AB.* *h)* solerter suis *AB.* *i)* vero *AB und Avemann.* *k) fehlt C.* *l)* memorum *AB.* *m)* interstare posset *C.* *n) fehlt AB u. Avem.* *o) fehlt AB u. Avem.* *p)* maiori *C.* *q)* evidenciori *C*, et evidenciore *fehlt AB u. Avem.* *r)* secuti *AB u. Avem.* *s)* corum *C.* *t)* positis *AB u. Avem.* *u)* intertexuit *C.* *v)* sui *C.* *w)* literae *AB.* litera *Avem.* *x)* et *C.* *y) fehlt C.* *z)* solidamus *C.* *aa) fehlt AB u. Avem.* *bb)* Gervinus *C.* *cc)* Giselbertus *C.* *dd)* Erfurt *AB.* *ee)* Tullenstette *C.* *ff)* comes Henricus et Guntherus fratres de Swartzburg *C.* *gg)* Reinhardus *C.* *hh)* Irmfridus *C.* *ii)* Crumespelt *C.* *kk)* Marschallus *C.* *ll)* fratres eius Titricus *C.* *mm) fehlt AB u. Avem.* *nn)* 1208 *AB u. Avem.*